

6. Augusti
1255. VIII. Idus Aug.

Ex MS. Auth. Stan. Aug. Regni
Coll. Dogli: 749.

Alexandri IV Papae Littere ad Bartholomeum Bo
hemum, ut predicet perse, et per suos Crucem adver:
sus Ethnicos Lithuanos etc.

262

Nuper ad audientiam nostram pervenit, quod Lithua
ni et Tentationes ac nonnulli alii Ethnici, qui Romanam
Ecclesiam nunquam Matrem sua professione fidei ac
gnoverunt, vires exauctant contra ipsam dum idem Chri
stianorum finitimas, videlicet Poloniam, et quasdam al
ias vicinas Provincias hostiliter invadentes multos ex
Christiano Populo morti, et infinite captivitate dederunt
non parcendo sexui vel aetate, et nec adhuc fidelium
saturati cruore ad impugnandum cum aliis Paganis
et Infidelibus Poloniam et Regiones finitimas
conflatis in unum viribus, se accingunt, propter quod
nos gravi dolore confodimur, et super tanta strage fi
delium paterno compatiens affectu remedia, per
que tantis obvietur periculis, sollicitè cogitamus.
Nos igitur de circumspectione tua, nobis a pluribus
et in pluribus commendata, plenam in Domino fidu
ciam obtinentes mandamus quatenus tam per te quam
per Fratres tui Ordinis quos ad hoc idoneos esse co
gnoveris, in Polonia Bohemia, Moravia et Austria
contra predictos Paganos predices, et predicari faci
as verbum Crucis concessa per nos auctoritate no
stra illis Christianis earundem partium, qui contra
infideles eisdem Crucis assumpto signaculo se duxer
int accingendos, suorum veniam peccatorum quada
m consuevit euntibus in subsidium Terre Sanctae.
Datum Anagninæ 8. Augusti

